



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies decimus et undecimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1868

De SS. Zenaide Et Philonilla Sororibus Tarsi In Cilicia Commentarius
Prævius Sanctarum in Fasti Sacris memoria; an martyres exstiterint,
ubinam et quandonam vixerint, et qualia sint, quæ edimus, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71246)

ADCTORE
C. B.

conjunctim annuntiantur, inde eos uno eodemque loco oppetiisse, consequitur) ac temere processerint, Additiones istæ, in quibus contra plerorumque Hieronymianorum fidem Athanasius et Placidus Antiochiæ locantur, facere haud queunt, ut hi, non in Sicilia, sed ibidem pro Christo occubuisse credantur. Neque etiam, ut Turonis Januarii et Marcellum passos putet, movere quemquam debet Augustanum apud Sollerium Hieronymianum apographum; quo enim modo jam explicato est factum, ut in mox adductis ad Bedam Additionibus SS. Athanasius et Placidus Antiochiæ perperam signentur, eodem fere etiam accidit, ut Januarii, seu, ut in dicto Hieronymiano apographo exaratur, Genuarius et Marcellus, qui una cum S. Venantio atque aliquot aliis, palæstra, quam nacti sint, non expressa, in altero apud eundem Sollerium Hieronymiano apographo, Labbeano videlicet, annuntiantur, Turonis certe passi non sunt, Turonis tamen, ubi S. Venantius abbas in pluribus fastis sacris signatur, B. in Augustano, quod laudavi, Hieronymiano apographo haud recte ponantur.

cumque nihilominus a Mylensibus sec. III in Sicilia MM. sint diversi

19 Octavius Cajetanus animum ad præcipua, quæ modo pro Martyrum nostrorum palæstra Siciliae attribuenda adduci, verosimilime adverterit, hincque, dum Operis, quod de Sanctis Siculis scribere meditabatur, ideam litteris expressit, in Siculum, quod ad hanc adjecit, Martyrologium Mylenses in Sicilia Martyres, apud nos tom. 2 Maii pag. 778 in Græcis SS. Alphii, Philadelphi et Cyrini Actis num. 18 absque passionis die memoratos, ad hunc diem intulerit, ratus scilicet, illos a Martyribus nostris SS. Anastasio seu Athanasio ejusque in martyrio Sociis, quos pluribus Hieronymianis apographis videbat hodie inscriptos, haud esse diversos. Verum in dictis

SS. Alphii, Philadelphi et Cyrini Actis non D paucietiam alii utriusque seculi martyres, expressis etiam, quibus nonnulli fuerint vocati, nominibus, commemorantur; cum autem sic habeat, nec tamen horum ullus ac ne ipsi quidem SS. Alphius, Philadelphus et Cyrinus, quorum Acta illa sunt, Hieronymianis apographis existent inserti, enimvero in hæc Mylenses martyres anonyms sub SS. Anastasii, Ampodi, Placidi horumque in martyrio Sociorum nominibus esse ad hunc diem illatos ac proin hosce abs illis non distingui, verosimile haud apparet.

20 Id tandem ipsemet, dum majus suum, quod supra laudavi, de Sanctis Siculis Opus contexit, Cajetanus, ut apparet, observavit. Etenim in Alphabetico, quo horum singulorum nomen, patriam, tempus diemque ipsorum memorie sacrum in Opere isto exponit, elencho haudquaquam diem Martyrum Mylensium memorie sacram, assignat, sed locum, quo faciendum id fuisset, punctis implevit; cum sic autem sibi illam haud innoscere insinuarit, et tamen, S. Anastasii seu Athanasii Sociorumque ejus memoriam die XI Octobris recolit, ex Hieronymianis quam optime habuerit perspectum, id enimvero, hosce illum tunc a Mylensibus martyribus existimasse diversos, argumento est perquam valido. Ceterum, cum Sancti nostri re etiam ipsa, uti e mox dictis apparet, a Mylensibus Martyribus sint diversi, eo eo sane, quod hi, qui tamen (Prætermisissos ad hunc diem videsis) in rerum natura forsannumquam existiterint, sec. tertio martyrium subiisse passim statuantur, pro fide pariter tunc occubuisse Sanctos nostros, inferri haud potest; cum autem id ita sit, nec quid aliud, e quo martyri eorum epocha eliciatur, aliunde occurrat, dictione hæc sec. tertio, an altero sit figenda, omnino est incertum ac dubium.

martyri eorum epocha, utpote quæ nec aliunde determinari queat, est incerta.

DE SS. ZENAIDE ET PHILONILLA

C

SORORIBUS

F

TARSI IN CILICIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS

Sanctarum in Fastis Sacris memoria; an martyres exstiterint, ubinam et quandonam vixerint, et qualia sint, quæ edimus, solius S. Zenais Acta.

VEROSIMILIME SEC. I. Sancta, quæ in elogio, e Menologio Sirlletiano,

Duas hic propositas sanctas Sorores, quæ ab omnibus antiquis Latinorum Fastis Sacris absunt, quæque, etsi quidem Virgines nusquam appellantur, hincque etiam a me titulo isthoc haud decorentur, Virgines tamen verosimiliter exstiterint, Græcum Sirmonti penes nos exstans Ms. Synaxarium, magna Græcorum Menæa excusa binaque itidem excusa, Sirlletianum nempe et Basilianum, Menologia hodie celebrant, cumque nihil uspiam, quod vel alterutram vel ambas ab Opere nostro removendas suadeat, inve-

niam, de iis isthic, procul omni, qui, quod Græci subinde Sanctis accenseant etiam indignos, oriri posset, scrupulo depulso, tractare aggredior; id autem ut præstem, omnia et singula, quibus in jam dictis Græcorum Fastis ornantur, elogia in antecessum, postea quæ in hæc observanda judicaro, adjuncturus, huc transcribo. Ab elogio, quod Sirlletianum suppeditat, duco initium. Sequentiibus illud his verbis concipitur: Hæ sanctæ Mulieres (Zenais nimirum et Philonilla) fuerunt ex Tarso Ciliciæ, consanguinæ Pauli Apostoli; quæ, relictis omnibus, venerunt

A venerunt ad urbem Demetriadem et in quamdam speluncam ingressæ vitam debebant. Illic beata Zenais, omnem morbum et languorem curans, abiit ad Dominum; Philonilla vero, diuturnis jejuniis et vigiliis seipsam tradens, plurima faciebat miracula et naturæ ordini serviens a brevi ad æternam vitam migravit.

Menais excusis.

2 *Elogio huic sane admodum brevi ad amussim pene est consomum, quod in Menais excusis occurrit. Id SS. Philonillam et Zenaidem, in titulo, quem præsert, Sorores tocans, Græce sic habet: "Αυται ὑπάρχον ἐν Ταρσοῦ τοῦ Κιλικίας συγγενεῖς Παύλου τοῦ Ἀποστόλου, καὶ καταλιπούσαι τὴν θρασαμένην, καὶ τὴν ὑπαρξὴν αὐτῶν ἀπαρησάμεναι, τὴν ἱατρικὴν ἐν τῷ δοκεῖν μετερχόμεναι τέχνῃ, τῇ ἀληθείᾳ ἀποστολικῶν ἔργων ἐπιλήρον ἔρχονται ὄν ἐν Δημητριάδι τῇ πόλει, καὶ ἐν τῷ σπηλαίῳ εἰσελθούσαι τὸν βίον διήγον· ἐκείσετε ἢ μὲν Ζηναῖς πάσαν νόσον καὶ πάσαν μαλακίαν θρασαπέουσα πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν· ἢ δὲ Φιλονίλλα, μακροτάταις νηστειαῖς καὶ ἀγρυπνίαις ἐαυτὴν ἐκδούσα,*

B *θαυμάσια πλείστα ἀπέτελει καὶ τῇ τοῦ φύσεως ἀκούουσα δουλεύουσα τοῦ προσκυρίου ζωῆς ἀπανάστη· Latine autem redditur hunc in modum: Hæ (sanctæ sorores scilicet Zenais et Philonilla) Tarsi in Cilicia natæ, Pauli Apostoli erant cognatæ, relictaque altrice patria ac opibus abdicatis, artem medicam in speciem exercentes opus apostolicum re vera explebant. Venerunt ergo ad urbem Demetriadem ac speluncam quamdam ingressæ, vitam in ea agebant; ac Zenais quidem, omne genus morborum et languorum curans, ad Dominum migravit; Philonilla autem, cum jejuniis ac vigiliis admodum diuturnis sese tradidisset, plurima faciebat prodigia, naturæque debitum solvens e temporaria hac vita excessit. Ita Menæa excusata; ad Menologium Basilianum modo prodredior.*

Menologio Basiliano

3 *Sanctarum, quod in hoc, opera et studio Cardinalis Annibalis Albani typis Urbinatibus vulgato, Græce simul et Latine exhibetur quodque nihilominus brevitatis causa Latine dumtaxat lectori hic propono, elogium sic habet: Sancta Zenais cum sorore Philonilla ex urbe Tarso fuit, sanguinis propinquitate sancto Apostolo Paulo conjuncta. Et primum quidem medicinam professa, deinde ab ipso Apostolo fide Christi imbuta valedixit arti, divitiis et sorori; atque in remoto montis antro solitariam vitam agens soli Deo sibi vacabat, herbis tantum, quas prope speluncam tellus ipsa ferebat, famem sustentans: ad quas legendas aliquando egressa pressit imprudens acutissimum clavum ligneum, diaboli opera humi defixum, indignissime ferentis, quod multi occulte ad eam ventitantes, ad Christi fidem traducerentur. Quæ cum dolori impar consedisset, ut e pede clavum tolleret, spiritum Domino tradidit. Philonilla autem domi consistens, cum non minori, quam Soror, studio ad virtutem contendisset, magnoque semper cultu Deum prosecuta esset, in pace obdormivit. Elogio isthoc, quod paulo magis, quam Menæorum et Sirlletiani elogia, est prolixum, aliquanto prolixius adhuc est, quod modo restat et Ms. Græco Sirmondi Synaxario huc transcribendum.*

et Synaxario Sirmondiano

4 *Id, cui vel idcirco, quod Latine redditum nusquam reperiatur, interpretationem Latinam subjungam, Græcis hisce de SS. Zenaidæ et Philonilla loquitur verbis: "Αυται ὑπάρχον ἐν Ταρσοῦ τοῦ Κιλικίας ἀπὸ χωρίου Δημητριάδος*

συγγενεῖς τοῦ ἀγίου Ἀποστόλου καὶ ἡ μὲν ἁγία Ζηναῖς τὴν ἱατρικὴν ἐν τῷ δοκεῖν μετερχομένη τέχνῃ, τῇ ἀληθείᾳ ἀποστολικῶν ἔργων ἐπιλήρον· καταλιπούσα γὰρ τὰ ὑπάρχοντα αὐτῆς πάντα καὶ τὴν Ἀδελφὴν, καὶ ἀπελθούσα ἐν ὄρει τῷ καὶ εἰς σπηλαίον εἰσιούσα ἡσύχαζε καὶ τοὺς προσόντας ἐν καιρῷ πρὸς αὐτὴν ἐδίδασκε τὸν λόγον τῆς ἀληθείας πάσαν νόσον καὶ πάσαν μαλακίαν θρασαπέουσα· πρὸς ἣν τρεῖς ἄνδρες συνήθως ἐρχόμενοι Πάπας καὶ Πατερὰς καὶ Φιλόκυρος καὶ τὰ θεία μνησόμενοι καὶ ἐπιβουλεύοντες συλληφῆναι ὑπὸ διὰ τῶν ἐλλήνων, οὐ συνεσχέδισαν, προσευξαμένης τῆς Ἁγίας καὶ ρουσαμένης αὐτοῦ· ἥτις ὕστερον τοῦ σπηλαίου τινα χρεῖαν ἐξελθούσα καὶ ὑπὸ ἀκύνθητόν ποδα περιπαρεῖσα καὶ καθίσασα ἐβαλεῖν αὐτὴν παρῶτακ το πνεῦμα· ἡ δὲ ἀδελφὴ αὐτῆς Φιλονίλλα κατέμενεν ἐν τῷ βίῳ αὐτῆς καὶ κατὰ μὴδὲν ἀπολειφθεῖσα τῆς Ἀδελφῆς αὐτῆς εἰς ἀρετὴν, ἀλλὰ πάντοτε προσκατερούσα τῇ προσευχῇ ἐδέξατο θαυμάτων χαρίσματα καὶ τῷ Θεῷ εὐαρεστήσασα ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. Huc usque Græcus Synaxarii laudati textus; en modo etiam interpretationem ejus Latinam.

5 *Hæ (Zenais videlicet ejusque soror Philonilla) Tarsi in Cilicia e vico, qui Demetrias vocatur, natæ, sanguinis propinquitate cum sancto Apostolo Paulo erant conjunctæ; ac sancta Zenais quidem, artem medicam in speciem exerrens, opus apostolicum re vera explebat; cum enim sua omnia bona et Sororem reliquisset ac in montem quemdam secessisset, speluncam ingressa, vitam solitariam ducebat verbumque veritatis, data opportunitate, ad sese accedentes docebat, morborum omne genus ac languorum sanans; ad quam cum tres viri Pappas, Pateras et Philocyrus pro more accederent sacraque doctrina initiarentur, insidiis ab ethnicis, ut caperentur, appetiti, comprehensi non fuere, orante atque illos liberante Sancta, quæ cum tandem, necessitatis ejujsdam causa e spelunca egressa, pedem spina terebrasset, ac, ut hanc evelleret, consedisset, tradidit spiritum; Philonilla autem, ejus soror, domi commorabatur, cumque non segnius, quam Soror, ad virtutem contenderet, sed semper in oratione perseveraret, miraculorum gratiam accepit, Deoque admodum grato effecta in pace vitam finivit. Talia sunt, quæ huc transcribenda ducit, Sanctarum nostrarum elogia. Ac primo quidem, ut, quæ in hæc observanda opinor, modo proponam, fuisse illas Tarsi in Cilicia natas sanguinisque cum Paulo Apostolo, ibidem etiam, ut Acta Apostolorum cap. 21, v. 39 docent, natales sortito, propinquitate conjunctas, unanimi consensu statim ab initio affirmant; etsi autem supra laudati, e quibus elogia illa deprompta. Fasti Sacri fidem integram minime mereantur; non est tamen, cur hac in re illis haud assentiamur, cum nihil aliunde occurrat, ob quod merito, an re etiam vera Sanctæ vel Tarsi in Cilicia natæ vel sanguinis propinquitate cum Paulo Apostolo fuerint conjunctæ, revocari queat in dubium.*

huc transcribitis, Tarsi in Cilicia natæ dicuntur,

F

6 *At vero jam recitata quatuor Sanctarum nostrarum elogia seu potius, e quibus hæc accepta, Græcorum Fasti Sacri, qui de loco illarum natali sanguinisque cum Paulo Apostolo propinquitate sese inter e dictis tam bene conveniunt; in arte, quam binæ illæ Mulieres fuerint professæ, invicem dissonant; de hac enim Menologio Sirlletiano omnino silente, Menæa ambabus, contra vero Synaxarium Sirmondi juxta ac Menologium Basilianum soli Zenaidi medicinæ professionem adscribunt;*

in Menais et Menologio Sirlletiano

AUCTORE
C. B.

bunt; verum quid hic amplectendum, quidve contrarejiciendum sit, determinare haud queo; quare plura de hoc argumento non addens, sermonem alio convertio. Menæa excusa in titulo, aut, si mavis, in SS. Zenaidis et Philonillæ annuntiatione, quam binis versiculis, harum elogio supra huc transcripto præmissis, præfigunt, Martyrum appellatione easdem distinguunt, idemque etiam faciunt Menologium Sirlertianum et in suo, quod hodierna Græcorum lingua conscripsit, Martyrologio Maximus Margunius, Cytherorum episcopus. Verum nos hic scriptor hujusmodi, utpote dumtaxat recentior Menæaque excusa ut plurimum cæce sequi solitus, morari non debet; quod autem ad ipsamet dicta Menæa spectat, hæc sibi hic ne utiquam constant; primo enim, etsi Sanctas Martyrum appellatione, ut dixi, in titulo distinguant, mox tamen in binis jam supra memoratis, quos proxime huic subjungunt, versiculis, martyrio illas non occubuisse, sed in pace quievisse, luculenter produnt. Ut, quam verum id sit, lectori pateat, hocce una cum adjecta versione Latina huc transcribo. Sic habent:

Εἰρηκώς ἕνωσαν εἰρήνης φίλοι,
Φιλονίλλαι καὶ Ζηνάϊς, αἱ δύο.

In pace quieverunt pacis amicæ,
Et Philonilla et Zenais, duæ.

martyres

7 Adhæc eadem Menæa in ipsomet, quod num. 2 jam dedi, Sanctarum elogio nihil omnino, quod, hocce e vita fuisse martyrio sublatas, vel utcumque insinuet, suppeditant; cum autem Menologium Sirlertianum in supra huc transcripto, quo Sanctas nostras ornat, elogio nihil etiam subministrat hujusmodi, nec quidquam, e quo hasce terminasse martyrio vitam, sat tuto queat concludi, aliunde afferatur, enimvero Zenaidem et Philonillam, hodie etiam in binis penes nos exstantibus, quorum alter e Mss. PP. Dominicanorum conventus S. Marci Florentiæ, alter e Mss. itidem bibliothecæ Ambrosianæ Menæis Græcis exceptus notatur, Sanctorum ac Sanctarum Elenchis signalas nec tamen Martyres vocatas, in annuntiatione seu titulo, quem illarum elogis Menæa excusa, Menologium Sirlertianum et Maximus Margunius præmittunt, Martyrum appellatione perperam distingui, vel certum vel vero saltem apparet simillimum. Nec martyres vocari posse Zenaidem et Philonillam, censuisse etiam videntur eruditissimi, qui Martyrologium Romanum hodiernum reformarunt, viri; etsi enim in hoc illas e Menologio Sirlertiano hodie intulerint, id tamen, omitta, qua in hoc donantur, Martyrum appellatione, sequentem dumtaxat fecere in modum: Tarsi in Cilicia sanctarum mulierum Zenaidis et Philonillæ sororum, quæ beati Pauli Apostoli consanguineæ et in fide fuerunt discipulæ.

perperam vocantur, ambasque,

8 At vero Castellanus, hodie una cum dicto Romano hodierno Sanctas nostras in Martyrologio suo Universali recensens, harum alteram, Zenaidem videlicet, in Thessalia prope Demetriadem martyrio fuisse secundum antiqua Mss. affectam, apposita ad marginem nota, insinuat. Quod si itaque martyrologo isto seu, ut melius loquar, antiquis, quæ laudat, Mss. standum hic sit, Sanctarum nostrarum uni saltem competere Martyris appellationem, ambasque adeo in pace haud quievisse,

erit fatendum. Ast an vere S. Zenais, fuso pro fide sanguine, vitam terminavit, Martyrque adeo debet vocari? In Menologio Basiliano (supra ex hoc transcriptum Sanctarum nostrarum elogium videsis) narratur S. Zenais, cum aliquando ad herbas, quibus vitam sustentabat, colligendas spelunca, quam inhabitabat, esset egressa, acutissimum clavum ligneum, diaboli, indignissime, quod multi occulte ad eam ventitantes ad Christi fidem traducerentur, ferentis, opera humi defixum, imprudens pressisse, Dominoque, cum dolori impar, ut e pede clavum tolleret, consedisset, spiritum tradidisse. Quid si ergo ita vere S. Zenais e vita migravit, hincque martyrio eam occubuisse, in antiquis, quæ Castellanus laudat, Mss. fuerit notatum? Sane Sancta, si vel vi aperta vel structis sibi insidiis, diabolo in odium fidei agente, interisset, martyrio non minus, quam si ab homine tyranno, illatis sibi in odium fidei tormentis, fuisset occisa, occubuisse foret dicenda; ast alterutro modo fuisse e vivis ereptam, ne utiquam mihi persuadenti, quæ Castellanus citat, Mss. antiqua; cum enim, quæ qualitate hæc exstiterint, non edicat, dubitari certe, an satis fuerint ad fidem indubitam hac in re faciendam idonea, non immerito potest.

9 Et vero non fuisse equidem tyranni ullius sæcivitia Zenaidem in odium fidei necatam, in animum mihi vel idcirco induco, quod nihil omnino, e quo contrarium, non dicam, opinari, sed vel suspicari queam, in quatuor supra huc transcriptis, quæ, quos laudavi, Græcorum Fasti Sacri continent, Sanctarum nostrarum elogis occurat, idemque de ipsismet Græcis, quæ penes nos exstant pluribusque infra memoranda venient, S. Zenaidis Actis dicendum etiam sit; quod autem ad diaboli fraudem seu insidias, quibus in odium fidei interierit Zenais, jam spectat, subinde quidem satanæ, ut Dei servos tentaret maximeque etiam veicaret, at non itidem, ut in hocce, seu vi aperta seu fraudibus et insidiis ad necem usque sæviret, concessum fuisse invenitur; cum autem sic habeat, a nefando generis humani hoste, qui odio S. Zenaidem, quod multos ad Christi fidem adduceret, quam maxime habuerit, acutissimum clavum ligneum subdole humi fuisse defixum itaque Sanctam, cum pedem in hunc inpegisset gravissimeque læsisset, e structis sibi a diabolo insidiis occubuisse, quis credat? Clavi ligni, quo pedem terebravit seu trajecerit S. Zenais, Menæa excusa et Menologium Sirlertianum non meminere; etsi autem, quod eodem recidit, spinam clavo ligneo Synaxarium Sirmondi ac jam memorata, quæ Commentario huic subdam, S. Zenaidis Acta num. 8 substituant, diaboli tamen opera insidiiste, ut vel spina ista humi fuerit defixa vel pedem in illam inpegerit S. Zenais, factum esse, non adjungunt, cumque Menologii Basiliani auctor, fuisse a cæcodemone, quod ait, in Sanctam patrum, ne utiquam, ut apparet, potuerit habere perspectum, id verosimillime haud firma ratione impulsus, sed more rudis vulgi, quod malignis spiritibus imperite olim ut plurimum, quorum ignorabat causas, sortis adversæ casus attribuebat, dumtaxat affirmavit.

10 Quare, uti, quod dixi, vulgus merito certe hinc erat carpendum, ita modo equidem auctor ille in re, de qua hic nobis sermo, fidem

ut hic adducta suadent, in pace.

F

Philonillam quidem Teresi domi suæ,

A dem haud meretur; ut sane, S. Zenaidem, quam nusquam etiam Martyrem appellat, structis sibi a diabolo in odium fidei insidiis occubuisse, credendum, uti e jam dictis consequitur, non sit, utque proinde, cum nec tyranni ullius savitia, ut mox docui, fuerit in odium fidei occisa, dubitandum non appareat, quin nostra hæc Sancta ac proin ob supra dicta tam una quam altera e binis, de quibus hic agimus, beatis Sororibus vitam in pace terminarit. Ac ambas quidem seu tam S. Philonillam, quam S. Zenaidem, patria et omnibus bonis suis relictis, in speluncam, prope Demetriadem in Thessalia sitam, secessisse ibique sanctissime vitam finisse, Menæa excusa et Menologium Sirlletianum luculenter in elogiis, num. 1 et 2 huc transcriptis, tradunt; verum S. Philonillam in eremum, relictam patriam, non secessisse, sed Tarsi domi suæ remansisse, ibidemque, cum virtutem non minus, quam Zenais, excoluisset, ad Dominum migrasse, Synacarium Sirmondi et Menologium Basilianum in elogiis, numm. 3 et 4 datis, non minus luculenter memoriæ produnt; cum autem S. Zenais, dum in eremum sese recepit, reliquisset Sororem, in Actis suis jam supra laudatis num. 1 dicatur, idque, ut apparet, si Philonilla, non secus ac Zenais, in speluncam, bonis suis omnibus relictis, secessisset, haud ita facile vero posset intelligi consonum, Acta illa Synacario Sirmondi et Menologio Basiliano suffragantur, cumque vel idcirco hisce potius quam Menæis et Menologio Sirlletiano standum hic esse videatur, Philonillam verosimilius in eremum, relictam patriam seu urbe Tarsensi, non secessisse, sed Tarsi domi suæ constituisse, ibidemque post vitam, sanctissime actam, ad Dominum migrasse, in animum induco.

Zenaidem vero in solitudine, non in Thessalia,

B Porro non tantum S. Philonillam in eremum ablegando, verum etiam solitudinem, in quam S. Zenais, e vivis etiam in eadem post vitam sanctissime actam sublata, secessit, prope urbem Demetriadem statuendo Menæa et Menologium Sirlletianum a veritate aberrasse videntur. Græca enim plus vice simplici a me jam laudata, quæ, quamvis de Philonilla non tractent, ad Zenaidem tamen hujus sororem, de qua hic agimus, spectare, infra videbimus, S. Zenais Acta num. 1 sequentem loquuntur in modum: Hæc (Zenais nimirum) bonis suis omnibus juxta ac propria Sorore relictis, in montem, versus regionis, quæ, indito ei a re, quam complectitur, nomine, Demetrias vocatur, Septentrionalem plagam intra Tarsensium terminos situm, se recepit, ac ibidem in spelunca habitans... Dominum nostrum... precibus assiduis obtestabatur; ita autem Tarsi aut certe inde haud procul regionem seu vicum, qui, quod Cereris lucum, Græce, ut infra in Annotatis ad Acta docebo, Δημητριάδα, complecteretur, Δημητριάδα vocabatur, existitisse ac montem seu speluncam, in quam S. Zenais sese recepit, haud procul a regione illa seu vico, ac proin nec procul Tarso sitam fuisse, luculenter docent, hacque in re illis potius, ut haud magnæ ex infra dicendis fidei, S. Zenais Actis, quam Menæis et Menologio Sirlletiano standum opinor, tum quod Tarsi in Cilicia existitisse regionem seu vicum, qui appellabatur Demetrias, Synacarium Sirmondianum sub

elogii, supra ex hoc transcripti, initium etiam prodat, tum quod Tarso in Cilicia urbs Demetrias, utpote in Thessalia sita, longissime distet, sitque oppido vel ob secum, cujus S. Zenais fuit, eam in montem seu speluncam, posteriori huic civitati adjectam, ac proin procul admodum Tarso, illius, ut num. 5 docui, patria, remotam, secessisse, creditu difficile.

12 Maximus Margunius supra laudatus, Sanctas nostras in solitudinem, feris inhabitatam, civitate, prope quam sita hæc fuerit, non expressa, sese recepisse, dumtaxat scribit; quod, eum saltem an Menæa, quibus presse alioquin inhæreere solet, in solitudinis, quam Sanctas ingressas memorant, signando prope urbem Demetriadem situ non errent, dubitasse, argumento est; putem autem ego, Menæorum et Menologii Sirlletiani auctores, cum speluncam, in quam Sanctas nostras ingressus aiunt, prope Demetriadem, provincia seu regione, in qua situs esset hic locus, non expressa, locari, in documentis sibi prelucentibus invenissent, nec locum, qui nuncuparetur Demetrias, præter nominis hujus in Thessalia civitatem nossent, speluncam illam in hujus vicinia perperam posuisse. Pari etiam modo factum reor, ut, qui antiqua a Castellano laudata, quæ, S. Zenaidem martyrio fuisse affectam, perperam e jam dictis notant, Mss. exararunt, id præterea haud recte prope Demetriadem in Thessalia evenisse, adjunxerint; ut sane, etiamsi Sanctæ nostræ, contra ac sacri, quos supra laudavi, Græcorum Fasti testantur, Tarsi in Cilicia natæ haud forent, haudquaquam tamen, cum earum, ut jam dicta ostendunt, altera quidem ibidem, altera vero haud procul inde sancte vixerit ac obierit, Martyrologium Romanum hodiernum, quod illas Tarsi in Cilicia hodie signat, foret carpendum. Locis itaque, quibus Sanctæ vitam hanc mortalem cum immortalati commutarunt, jam determinatis, in tempus, quo id factum sit, modo etiam inquiremus.

13 Menæa excusa, quæ de singulorum dierum (Papebrochii ad Ephemeridas Græcomoscas Præfationem, tom. 1 Maii præfixam, num. 4 videsis) Sancto uno præcipuo, ante elogium, hexametrum unum exhibere solent, duobus versiculis num. 6 huc transcriptis sequens etiam hodie de Sanctis nostris subjungunt hexametrum:

Ἐνθαὶ ἐνδεκάτῃ Φιλονίλλῃ σύνθαυε κοινή

id autem Papebrochius Latino isthoc, quod subdo, hexametro interpretatur:

Zenais undecima Philonillæ juncta celebri est;

ast, cum sic Philonillæ Zenaidem per mortem die xi Octobris fuisse adjunctam, dumtaxat significet, idque sive aliquamdiu ante Zenaidem, sive eo ipso, quo hæc, xi Octobris die Philonilla obierit, verum esse queat, fueritne Philonilla posteriori hoc die, an alio e vivis sublata, dubium relinquit adducta Papebrochii interpretatio; cum autem Græcum jam datum, cui hæc respondet, hexametrum per verbum συνθήσκειω, Latine commori seu mori cum alio, poetice absque incremento syllabico in aoristi secundi indicativi tertia singularis numeri persona positum atque ad Zenaidem in recto, ad Philonillam vero in obliquo relatum, fuisse hanc una cum illa e vivis xi Octobris die

AUCTORES
C. B.

sed prope Tarsum sita,

E

ad Dominum (eodemne, an diversis diebus, incertum)

F

AUCTORE
C. B.

die sublatam, luculentissime, ut consideranti patescet, tradat, verosimillime Papebrochius, sola metri necessitate motus, modo supra assignato hexametrum illud fuerit interpretatus. Raro quidem, ut fratres ac sorores uno eodemque die moriantur, fit, hincque haud immerito, an binæ sanctæ sorores Philonilla et Zenais eadem xi Octobris die, ut Menæa laudato hexametro Græco dilucide e dictis produnt, obierint, dubitari potest; verum ane id idcirco aliter, quam verborum, quibus constat, aperta significatio exigit, fas est Latine interpretari? Id sane, cum Menæa non tantum quæ dubia, sed et quæ falsa sunt, frequenter tradant, nemo facile dixerit; ut proinde stricte loquendo admittenda haud videatur, de qua hic agimus, Papebrochii interpretatio; verum, etsi sic habeat, est tamen, an uno eodemque xi, quod hæc, ut dixi, dubium relinquit, Octobris die Sanctæ nostræ obierint, re etiam ipsa, uti e jam dictis nemo non colliget, incertum ac dubium.

B
sec. i migrasse,
e Menologio
Basiliano eru-
tur,

14 Nec res certa evadit ex eo, quod Philonilla et Zenais eadem xi Octobris die in omnibus supra relatis Fastis Sacris signentur; id enim idcirco forsitan dumtaxat fit, quod, cum Græci diem, quo obierit Philonilla, ignorant, hancque nihilominus æque ac sororem ejus Zenaidem colere ratum foret ac fixum, convenire existimant, ut, quo die hæc, eodem etiam Philonilla coleretur, hincque ambas eodem xi Octobris die, quo S. Zenais, ut Vila edenda sub finem docet, vivere desiit, Fastis suis sacris inscripserint; cum autem sic habeat, nec quid etiam, quo emortualis Philonilla dies innotescat, alibi reperiat, manet sane, ane hæc et Zenais una eademque vi Octobris die obierint, omnino incertum ac dubium, seu, quod eodem recidit, determinari, ane ambæ die isthac abierint e vivis, nullo modo potest. Nec melius, vel quo, vel an uno eodemque anno factum id sit, quis determinet, laudatis scilicet Fastis Græcorum sacris documentisque aliis nihil omnino, quod eo conducatur, suppeditantibus. Verum, etsi id ita sit, imo etsi nihil etiam, e quo quis, secutone primo, an altero posteriori Sanctæ nostræ floruerint, vel utcumque desinat, Menæa excusa, Synaxarium Sirmondianum et Menologium Sirlertianum proponant, id tamen Basilianum, num. 3 huc transcriptum, facit. Zenaidem enim a beato Apostolo Paulo, cujus Philonillam et Zenaidem existisse cognatas, non tantum idem Basilianum, sed et reliqui, ut supra dictum, Græcorum Fasti sacri, numm. 1, 2 et 4 laudati, unanimi consensu affirmant, fide Christi fuisse imbutam, diserte tradit, idque, quod sane, cum Paulus Tarsi etiam, ubi illa versabatur, fidem Christi, uti ex Apostolorum Actis fas est colligere, promulgarit, a veritatis specie haudquaquam abhorret, tam ad S. Philonillam, quam ad S. Zenaidem, facta, ni fallor, ex eo, quod et hæc et illa sorores et Pauli Apostoli e dictis cognatæ exstiterint, conjectura, Martyrologium Romanum hodiernum extendit, utpote ambas Pauli fuisse in fide discipulas pronuntians; jam vero, cum hic, uti ad xxix Junii diem in Commentario, ejusdem et Petri Actis prævio, num. 17 et seq. docuimus, anno æræ vulgaris sexagesimo quinto subierit martyrium, consecretarium est, ut Sanctæ nostræ primo Chri-

sti seculo floruerint verosimillimeque etiam obierint.

15 Nec opinioni, quantum Sanctæ floruisse ac obiisse statuuntur, S. Zenais Acta, jam sæpe a me laudata, adservantur. Papebrochius quidem ante tom. 2 Maii in Octobri Græcorum metrico post supra huc transcriptum hexametrum Græcum Latinamque hujus versionem sequentia isthæc Dicuntur (Zenais nimirum Philonilla) ex Tarso Ciliciæ Pauli Apostoli discipulæ, Demetriade in Thessalia virtutibus et miraculis claruisse. Habemus Acta Græca solius Zenais, in quibus nihil de Paulo aut Philonilla, multoque junior illa esse videtur, verba usurpat, sicque, ut apparet, indicat, Zenaidem videri multo juniorem, quam ut Pauli Apostoli discipula esse potuerit. Ac id quidem, ut hæc ipsa ejus verba suspicari me faciunt, idcirco potissimum ei est visum, quod in S. Zenais, quæ laudat atque ego jam sæpius laudavi, Actis nulla omnino Pauli Apostoli mentio instituitur. Verum hinc, ut equidem puto, inferri non potest, Zenaidem vel B. Pauli Apostoli discipulam non fuisse vel sec. 1, quod tamen, ut opinioni, de qua hic, dicta Acta adversentur, requiritur, non floruisse. Etenim Acta illa, utpote admodum jejune conscripta, nequiquam omnia et singula, quæ ad S. Zenaidem spectant, recensent; cum autem sint hujusmodi ac ne ipsum quidem locum Zenais natalem, qui in omnibus, Fastis sacris supra laudatis Tarsi in Cilicia ponitur, lectorem, uti illa evolventi fiet perspicuum, edoceant, qui, quæso, ex eo, quod Pauli Apostoli non meminerint, vel discipulam hujus haud fuisse S. Zenaidem, vel hanc ejusque sororem Philonillam sec. 1 haud floruisse queat concludi? Id sane ego haud perspicuo; cum autem eadem Acta, uti quisque, ni fallor, hisce expensis, fatebitur, nihil etiam aliud, e quo alterutrum eruatur, contineant, enimvero opinioni, qua Sanctæ nostræ sec. 1 floruisse obiisseque statuuntur, minime, ut jam dixi, adversantur, seu, quod eodem recidit, haudquaquam, quo minus illas tunc floruisse obiisseque, e Menologio Basiliano eruatur, impediunt.

16 Nec, etsi secus foret ac quid etiam, e quo Sanctas serius floruisse ac porro obiisse posset argui, præfata S. Zenais Acta complecterentur, haud tamen idcirco illico ab opinione, qua earum vita ac mors sec. 1 innectitur, esset recedendum. Cum enim, qui Acta illa exaravit, nec, quo seculo floruerit, prodat, nec omnia, quæ ad S. Zenaidem spectant, singillatim, ut jam dixi, exponat, est sane, cur serius illum, quam ut hæc probe potuerit habere perspecta, floruisse existimemus; cum autem sic habeat, nec minus forsitan, quam septem aut octo seculis, a S. Zenais ætate vixerit remotus, quid mirandum foret, si nonnulla, ad Sanctam spectantia, ignorans, vel hanc, quæ sec. 1 floruit, seculo demum 2 aut 3 existisse in vivis, vel id, quod horum seculorum altero in more fuit positum, jam inde etiam a sec. 1 obtinuisse locum, existimasset, hincque, veritate haud salva, in litteras quidquam, huic opinioni suæ consonum, misisset? Sane ego e rerum, ad Zenaidem spectantium, ignoratione factum reor, ut ne quidem Pauli Apostoli, cujus tamen consanguineam existisse Zenaidem, Fasti sacri supra relati unanimi

nec, quo minus fieri id queat, obstant hic memorata Acta,

E

F

quæ, quamvis de Philonilla silent, ad hunc tamen sororem spectant,

consensu

A sensu produnt, mentionem instituat; verum, etsi sic habeat, nec ipsam etiam Philonillam usquam nominet, dicta tamen, quæ scripsit, Acta, quod hic modo, ut fidem, num. xi datam, liberem, est monstrandum, ad ipsammet S. Zenaïdem, S. Philonillæ sororem, non vero ad alteram homonymam, spectant.

de fide, quam mereantur, adjungo; hæc sane, ut apparet, haud admodum est magna. Præterquam enim, quod de S. Zenaïde, ut jam monui, admodum jejune loquantur, nec ullam prorsus, e qua, quandonam vel hæc floruerit, vel scripta ipsamet sint, determinari queat, notam chronicam suppeditent, nihil etiam, quo commendari mereantur, includunt. Ast, quamvis sic habeat minimeque adeo, quæ referunt, pro certis sint habenda, ea tamen, prout e codice pervetusto Ms. Vaticano 866 excerpta penes nos exstant, typis subjecta, addita etiam, quam adornavi, interpretatione Latina, hic exhibere est visum, ut, cum supra mihi laudanda aliquoties fuerint, ipsemet per se examinare, an præstitum id a me recte sit, studiosus lector queat.

AUCTORE C. B.

hæcque, utut haud magnæ fidei, sunt edenda

17 Pleraque enim, quæ de S. Zenaïde narrant, compendio in Sanctarum nostrarum, quod supra num. 4 e Synaxario Sirmondiano huc transcripsi, elogio, uti hoc cum illis conferenti patescet, continentur; quare, cum ad S. Zenaïdem, S. Philonillæ sororem, non autem ad alteram homonymam elogium illud, uti ipsemet, quem præfert, titulus fidem facit, certo pertineat, enimvero, quin pariter dicta Acta ad S. Zenaïdem, S. Philonillæ sororem, spectent, dubitandum non est. Pauca modo

ACTA S. ZENAÏDIS

B

Auctore anonymo,

E

Ex Codice Ms. Vaticano signat. 866,

INTERPRETE CORNELIO BYEO

* ἱερανίσαι

Φιλοσοφίας λόγον ἱερανῆσαι* βούλομαι, εἰς τὸ διεγείρειν τὸν νοῦν τῶν ἐντυχανόντων, καὶ δεῖξαι πάντων, ὅτι οὐδὲν τὸ κολῶν ἢ ἐμποδίζον τὸν τῆς σοφροσύνης, ἡγῶν ἀσκήσεως, δρόμον ἐξανύειν. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκεῖναις γυνὴ τις Θεοσεβῆς, καὶ κατὰ πάντα ἀγιοπροπέης, ἣ ὄνομα Ζεναΐς. Αὕτη καταλείψασα τὰ ἑαυτῆς ἅπαντα, ἅμα καὶ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν, ἐπορεύθη ἐν ὄρει κειμένη κατὰ Βορρῶν χωρίου ἀπὸ κτήματος ἐπιλεγομένου Δημοτηριάδος ὑπὸ τὴν ἐνορίαν Ταρσέου, καὶ καὶ κατοίει ἐν σπηλαίῳ, νηστείας καὶ ἀγρυπνίας, καὶ χριστευίας τὸ ἑαυτῆς ζῶμα καταστίζουσα, πικρῶς* δειήσασιν ἐκλιπαρούσα τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας, καὶ καταλίπασα τῆς ἐλληνικῆς πλάτης.

Vitæ, monastice actæ, volo reddere rationem, ut eorum, qui in hæc inciderint, mentem excitent, omnibusque ostendam, nihil faciendum quiddid prohibet aut impedit, ne continentia, id est, vitæ asceticæ, cursus perficiatur, In diebus illis exstitit mulier quædam religiosa ac in omnibus sancta, cui nomen Zenaïs a. Hæc, bonis suis omnibus, juxta ac propria Sorore, relictis, in montem, versus regionis, quæ, indito ei a re, quam completitur, nomine, Demetrias b vocatur, Septentrionalem plagam intra Tarsensium terminos situm, se recepit ac ibidem in spelunca habitans jejuniisque ac vigiliis humique præterea cubando corpus suum affligens, Dominum nostrum Jesum Christum pro mundi salute et erroris ethnici destructione precibus assiduis obtestabatur.

S. Zenaïs in eremum, relictis omnibus, secedit, dumque sancte ibidem vivens

* πικρῶς

C

2 Προσέφερον δὲ αὐτῇ τοὺς κακῶς ἔχοντας, καὶ τοὺς ὀφλουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων, ἔτι δὲ καὶ τὰ βροφῆ ποικιλίας νόσοις κατεχόμενα, καὶ τοῖς καταβαρεῖς ἀλείφουσα ἐλαίῳ, καὶ ἐν ὄνματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑγιεῖς ἀπέλυεν, ὥστε θαυμάζειν ἅπαντας ἐπὶ τοῖς γινουμένοις μεγάλοις σημείοις ὑπὸ τῆς ἁγίας Ζηναΐδος, καὶ μεγάλως δοξάζοντες τὸν Θεόν, ὑπέστρεφον ἐν εἰρήνῃ εἰς τοὺς ἰδίους οἴκους. Ἄνδρες δὲ τινες Θεοσεβεῖς καὶ τὸν βίον ἀκατάγνωστοί ἦσαν ἐν τῇ αὐτῇ χώρῃ. Ὄνομα τῷ πρώτῳ Πάππας, καὶ τῷ δευτέρῳ Πατέρως, καὶ τῷ τρίτῳ Φιλοκύρις.

2 Porro ad eam male habentes atque a spiritibus immundis vexatos, adhuc autem et pueros, variis morbis detentos, ducebant, malisque pressos oleo ungens, sanos eos in nomine Domini nostri Jesu Christi dimittebat, adeo ut omnes signa magna, quæ a sancta Zenaïde fiebant, mirarentur, ac in domos suas magnopere laudantes Deum in pace reverterentur; quidam autem viri religiosi ac vita irreprehensibiles in eadem regione erant: prior Pappas, secundus Pateras tertiusque Philocyris vocabatur c.

signa magna facit, a tribus viris religiosiis

3 Οὗτοι ἀκούσαντες περὶ τῆς ἁγίας Ζηναΐδος, καὶ τὰ ὑπ' αὐτῆς γινόμενα σημεῖα θεῖα ζήλῳ φερόμενοι, ἐπὶ τὴν συντυχίαν τῆς ἁγίας ἐπήγοντο. γνωρισθέντες δὲ αὐτῇ, συνεχῶς ἐπορεύοντο καταμανθάνοντες τὸν τῆς ἀσκήσεως αὐτῆς πόνον. αὕτη δὲ τὰ αὐτῆς εἰωθότα, τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ ἀγρυπνίᾳ ἑαυτὴν καταστίζουσα, τὸν τῆς ἀσκήσεως ἥνεν δρόμον, μετὰ θαυμάσιων ὑπετείνουσα τὸν Θεόν, ἐν ἀγνίᾳ τὸν ἑαυτῆς βίον διεξελθεῖν, καὶ εἰρηγεῖσαι τὴν οἰκουμένην.

3 Hi, cum de sancta Zenaïde signisque, quæ ab illa fiebant, audivissent fieri sermonem, divino zelo abrepti ad colloquendum cum ea incitabantur, cumque in cognitionem ipsius venissent, assidue ad illam pergebant, asceticæ, quam ducebat, vitæ laborem et molestiam diligenter considerantes; ea autem more solito jejuniis sese et vigiliis macerans, Deoque, ut sic vitam in puritate transigere mundumque in pace vivere concederet, cum lacrymis supplicans, monasticæ vitæ cursum conficiebat.

fræquenter invisitur,